

3
278. Phys. ΑΠΟΡΙΩΝ PHYSICARUM IN
ΕΥΠΟΡΙΑΣ DEDVCTA.
R U M.

DE
MOTORE PRIMO

EX ARISTOTELIS LIB. 7.

ET 8. PHYS. MAXIME
DEPROMPTA.

QUAM

PRIMO MOTORE DVCENTE ET DOCENTE
P R A E S I D E

Viro Clarissimo atque Experientissimo

DN. NICOLAO AGERIO
PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ DOCTOR
re Excellentissimo, inq; inclytâ Argentinensium Universi-
tate Naturalis scientiæ Professore acutissimo Præ-
ceptore ac Promotore omni obser-
vantia cultu colendo.

Exercitū gratiâ publicè ventilandam & discuti-
endam in a n g o a s o i veteri proponit ad
diem Augus̄ti, hora.

JOHANNES GEROLD ARGENT.

(3) (3)

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS REPII. Anno 1626.

AMPLISSIMIS, CONSUL-
TISSIMIS ATQUE PRU-
DENTISSIMIS VIRIS.

DN. CAROLO SPIELMANNO, inclytæ liberaeque Argent.
Reip. Consuli Amplissimo, Patriæ Patri dignissimo, literarum
literatorumq; Patrono constantissimo, Promotori suo perpetuâ
animi submissione colendo.

DN. JOHANNI MEISNERO Præfecto in Herrenstein gra-
vissimo, & è Sacro Baptismatis fonte susceptor i venerando.

Ut Et

Virū Spectatissimū, Honoratissimū, Praestantissimū.

DN. MICHAELI PULIAN, Civi ac Mercatori Argentinensi
dexterimo, & è Sacro Baptismatis fonte susceptor i honorando.

DN. VALENTINO GÖTZ, Civi & Mercatori Argent. hone-
stissimo.

DN. GEORGIO FREINTSPERGERO, Civi Argent. Pri-
mario.

DN. JACOBO GEROLD, Civi ibidem integerrimo.

Dnn. Mæcenatiōnē, Patroniū, Promotorib⁹, Fauto-
rib⁹, Cognato, Fratri, omni observantia &
honorū cultu aeternū sussiciendū.

Hanc Physicam Disputationem in studio-
rum meorum paſtūgior grata mente
rempligior offero, dico, dedico, con-
secro.

Johannes Gerold. A. & R.



DISPUTATIO PHYSICA
DE
PRIMO MOTORE

En intellectus noster est perfectionis cuiusdam mediæ: hinc fit, ut aliqua non facilè intelligantur à nobis, vel propter excessum perfectionis, vel propter perfectionis defectum. Ex utroque enim casu objecta fiunt in proportionata intellectui. Sicut igitur intellectus noster, hæret in cognitione plurimorum, Entium nimirum debilissimorum: ita etiam exercutit ad cognitionem PRIMI MOTORIS, Quia tamen Deus

*Os homini sublime dedit cœlumq; tueri
Inxit, & erexit ad sidera tollere vultus.
Ut tanta aspiciens rerum miracula noscat
Esse creatorem, qui foveat ista, Deum.*

Idcirco de eo aliquot àtopias in evaglas nobis deducendæ sunt.

QUÆSTIO I.

*An primi motoris consideratio pertineat
ad Physicam?*

Ratio dubitandi pro parte negativa est, quod Deus vel ad Theologiam, vel ad Metaphysicam pertineat: in oppositum tamen est, quod Physicus considerat motum: quoniam motū ignorato, ipsam naturam ignorari necesse est: per Aristotelem lib. 3. Phys. c. 1. t. 1. agit item de speciebus motus lib. 3. Phys. c. 2. t. 6. Considerabit igitur etiam ejusdem principia & causas. Id quod vult Aristoteles, quando lib. 1. de cœlo c. 1. t. 1. dicit, Physicam esse ἐπιστήμην καὶ τεχνὴν ἀρχὰς οὐσιῶν καὶ σωμάτων. Principium autem, & primam causam motus primum motorum esse, negare nemo poterit. Neque tamen hoc modo extra legitimos Physicæ scientiæ cancellos, vel ad Theologiam, vel ad Metaphysicam saltum facimus: inscripsimus enim nostram disputationem de MOTO RE PRIMO, quo nos DEUM respectivè hoc est ut causam omnium rerum naturalium considerare, innuere tacitè volumus.

An sit aliquis primus Motor?

Esse PRIMUM aliquem MOTOREM, etiam naturaliter cognosci potest. I. enim, quemadmodum alias operationes indicant essentiam: ita etiam operationes divinæ docent nos de essentia divinâ. Nempe videmus in subordinatione causarum efficientium, non posse esse progressum in infinitum. Cum igitur hoc ab illo, & illud ab alio moveatur: ad sistendum illum progressum, oportet ut deveniatur, ad aliquid primum movens. II. Cum in creaturis sit esse defectibile, quod indiget conservatione extrinsecâ: hinc primo motore opus esse ut conservatore, Ut tamen de vi harum rationum rationum constet, movetur.

An possit aliquid à seipso moveri?

Aristoteles Philosophorum Princeps ἀπλῶς simpliciter & absolute lib. Α: μελαφ. c. 4. t. 12. negat: differens, nullum infinitum esse motum, sed cuivis initium & finem esse propositum. Omne siquidem, quod motione Physicâ movetur, ab alio aliquo moveatur necesse est, ut idē Aristoteles l. 8. Phys. c. 4. t. 28. indicat. Vestigiis itaq; Aristotelis, familiâ Peripateticâ conditoris excellentissimi insistentes, nihil à seipso moveri posse, sed in omni motu id, quod movet, & quod movetur re discriminatum esse: omniāque à primo aliquo immobili, & movente promotore atque principio lib. i. Metaph. c. 7. t. 38. provenire asserimus. Non enim protinus existimandum est, si externus motor absit, ob id ipsum aliquid à semetipso moveri: sed omnino aliud movens esse, & aliud mobile:

An duo vel plures sint, vel esse possint Motores primi, an vero unus duntur?

Constat ex dicendis PRIMUM MOTOREM esse infinitum: inde sic arguimus: non possunt esse plura actu infinita: Ergo nec plures Motores primi. Ergo PRIMUS MATOR est aliquid numero unum & singulare. Patet consequentia, quia, si plura essent infinita, nihil istorum esset infinitum: unumquodque istorum careret aliqua perfectione, eā scil.

sc. quæ ultimò est in infinito altero, quâque hoc ab illo distingueretur. Ergò habebit aliquid, quod non habet alterum. At id, ut infinitum sit, oportet. Sumitur enim distinctio ab eo, quod in unaquâq; re ultimum est, quodque ultimam ac summam dat perfectionem. Non convenit igitur, ut illud ultimum sit finitum quid. Debet igitur infinito huic, quod ita ponimus, aliquid infinitū. At per defectum infinita perfectionis relinquitur res finita. II. Si duo vel plures essent motores, etiam duo vel plura essent agnoscenda mobilia, & mundi: quod procul dubio absurdum est; Scripturæ testimonia quirequirit, videat, Deut. 4. v. 35. & 39. & 32 v. 39. Esa. 45. v. 5. & 1.

V.

An primus Motor sit expers magnitudinis?

Affirmativa adhæremus parti, dicimusq; PRIMUM MOTOREM vacare partibus & magnitudinibus, & esse essentiâ & virtute infinitâ præditum. Si enim magnitudinem haberet, ea esset vel finita, vel infinita. At non poterit esse infinita, quoniam Aristoteles l. 3. Phys. c. 6. t. 56. asserit. nullam magnitudinem actu infinitam esse. Neque etiam finita esse poterit: quia idem Philosophus lib. 8. q. 10. c. 10. t. 80. monstrat, in magnitudine finitâ, vim infinitam esse non posse. Omnis igitur partis & magnitudinis motorem primum expertem esse, necesse est. Unde oritur.

VI.

An primus motor sit expers materia?

Tota hæc quæstio est affirmativa, & per omnia præcedenti quæstionis respondet. Ut enim PRIMUS MOTOR est expers omnis magnitudinis, ita quoq; expers est omnis materiæ. Si enim materiatus, esset sensibilis, si sensibilis, motui & mutationi esset obnoxius: si his obnoxius, non esset æternus: si non æternus, non esset infinitus: si non infinitus, non posset esse primus motor. Hinc enim quæ plurima in modo sexcenta alia expullarent absurdâ, si primus motor esset materiæ parti-

ceps.

VII.

*An primus Motor sit infinitus tum
duratione, tum essentia?*

Non dubitamus: quia 1. Si PRIMUS MOTOR esset finitus duratio-
ne: tum finiretur vel ab extrinseco, vel ab intrinseco, per spontane-
am destructionem, vel per collapsum naturæ, tanquam lénium. 1. esse
non potest, quia illud extrinsecum esset D E O valentius. Non 2. quia o-
mnia appetunt sui conservationem. Non 3. quia sic haberet qualitates
contrarias, & sic esset inferioris conditionis, quam angeli, & animæ ra-
tionales. Quod infinitus sit essentiā, probatur ex Esa. 66. 1. cœlum sedes
mea, terra &c. uti D E U S per ἀνθρωποποίησαν intelligitur sedens in ali-
quo folio. Proinde, sicut in sella sedens exhibet essentiā suā præsentiam,
non solum isti sellæ, sed etiam scabello: ita etiam D E U S in cœlo tanquam
in folio sedens, se exhibet terræ.

VIII.

*An primus motor semper moverit &
moturus sit?*

Aristotelem falsa quædam tradidisse ex proposita hæc quæstione evi-
denter patebit: principium enim & finem ipsius motus atq; mun-
di esse negabat: & nunquam incipere, nec etiam definere posse putabat:
contrà verò omnino sibi persuasum habebat motum æternum esse: idq;
duabus maximè rationibus probare conabatur: 1. quia PRIMUS MOTOR
æternus est, etiam motus æternus sit, necesse est. 2. Quia tempus æter-
num est, motum etiam æternum esse, necessariò sequitur. Verum nulla
hæc est consecutio: nihil inde concluditur. Nam motum nec principi-
um habuisse, nec finem habiturum ab Aristotele non modò falsò, sed
etiam impie affirmatur. Nos verò Sacris Literis edicti, fide intelligimus,
mundum & ita etiam motum ex nihilo à D E O crearum esse, non in tem-
pore, sed in principio temporis: quodque ejusdem verbo conservetur, &
eo etiam interitus sit. Atque ita PRIMUS MOTOR non sem-
per hoc est ab æterno movit, neque semper hoc
est in æternum move-
bit.

Quod-

Quodnam sit illud corpus, quod primus
motor primo movet?

QUAMVIS nihil in tota rerum universitate, à motu & gubernatione PRIMI MOTORIS excludendum: maximè tamen & primò cœlū seu ultimus orbis movere dicitur: quia omnia cœlo continentur, & à cœlo tanquam naturali causa vim suam accipiunt & gubernantur: ita ut Deus PRIMA sit C A U S A, & cœlum primum corpus, per quod in rerum natura naturaliter agit. Cujus omnipotenti verbo, ut omnia facta sunt, ita quoque conservantur, donec ipsi visum fuerit, vanitatem hanc mutabilitatis creaturarum liberare, à servitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum Dei Rom. 8. v. 39. Hinc oritur.

Qualis sit ille motus, quo primus mo-
tor movet primum mo-
bile?

Distinguere debet is, qui respondet, Soph. Elench. c. 20. & t. 5. una-
quaq; enim questionis distinctio, scientiam nobis adfert veram &
firmam. l. 2. post. anal. c. 1. t. 1. præceptum igitur Aristotelicum ut obser-
vemus, vocabulum motus etiam distinguamus necesse est. Sunt autem
ut ex lib. categ. c. 13. & lib. 3. Phys. c. 1. t. 4. constat 6. motus species: iste
autem motus, quo PRIMUS M O T O R movet primum mobile, non
est 1. generatio, quia primum mobile est à generatione expers; non
etiam est 2. corruptio, quia est à generatione expers. l. 1. de cœlo c. 3. t. 20.
Non est 3. accretio: quia primum mobile non augetur; non est 4. dimi-
nitio, quia non diminuitur. l. 1. de cœlo. c. 3. t. 20. & 21. Non etiam est.
5. alteratio, quia alterari non potest ibid. t. 22. Superest igitur 6. adhuc
species, quæ est loci mutatio sive motus localis: hic autem motus duplex
est, vel simplex vel mixtus: mixtus motus non competit primo mobili,
quia continuus non est: non itidem omnis motus simplex, sed
motus localis simplex, qui in orbem fer-
tur, primo mobili tri-
buitur.

*Movereaturne seu patiatur etiam primus
motor movendo primum
mobile?*

Hujus προβλήματος affirmativa, licet patronis non careat, nos tamen contrā negativam ceu veram & orthodoxam defendimus sententiam. In ejuscemodi enim controversia, si tale quid concederemus, gravissimè impingeremus adversus religionem nostram. Inficiari quidem haud possumus, quod omne movens movendo simul patiatur seu moveatur, vel à superiori, vel ab illâ, quâ movet: verum enim verò longè aliter res se hîc habere putandum est, cum sermo est de **P R I M O** omnium **MOVENTE**. Is enim **P R I M U S M O T O R** omnium rerum **C R E A T O R** & **C O N S E R V A T O R** **P E R I T I S S I M U S**, solus movet primum mobile: non autem movetur seu reputitur, movendo primum mobile. Esterim aliquis, ut Aristoteles, aquila laudis literariae & sapientiae, cui plus quam Apollini est fides in historia naturali habenda, lib. 3. Phys. c. 2. differit, qui *movet, nec tamen vice sibi moveri potest*. Ratio hujus 1. est, quia **P R I M U S M O T O R** est impassibilis. 2. quia est immaterialis. 3. quia est incorruptibilis. 4. quia partem extra partem non habet. 5. non est imperfectus. 6. non est corpus 7. non est finitus. Tantum igitur abest, ut primum motorem ab alio moveri dicamus, ut potius etiam ipsum *cu*lo *uivis* esse pernememus.

*An primus motor concurrat ad quos-
vis actus rerum inferio-
rum?*

Esse **P R I M U M** aliquem **M O T O R E M** *τὸν διάπεισθαι λόγοφος* Aristoteles duobus in locis probat l. 8. *φυσ. c. 5.* & lib. 2. *μεταφ. c. 2.* eundem vero etiam concurrere ad quosvis rerum inferiorum actus, creaturasq; omnes in suo esse continere, ita ut citra ipsius opem atque gubernationem, ne momento quidem consistere possent: non solum sacra pagina passim attestatur. *Epist. ad Rom. c. 11. v. 36. Hebra. c. 11. v. 3. Sap. 7. v. 14. &c. 11. v. 26. Iob. c. 10. v. 8. Matth. 5. v. 45.* Verum insuper etiam dicta Patrum id ipsum confirmant, ac primò quidem D. Dionysii l. 10. de diuin.

vñ. nomin. ubi ait, D E U M esse omnipotentem sedem, omnia tenentem
id est conservantem ne in nihilum ruant.

Eodem pertinet illud D. Gregorii, homil. 17. in Ezech. *Sic est in-*
tus, ut extra sit: sic circumdat, ut penetrat: sic praeſidet, ut portet. sic per-
tat, ut praeſideat.

Quin imd̄ hujus assertionis veritas, & hujus veritatis assertio, Ethni-
cos Philosophos haud latuit: ut auctor libri de Mundo ad Alexandrum
disertè docet: *Vetus*, inquit, *sermo est, à Majoribusq; proditus inter omnes*
homines, universa tūm ex D E O, tūm per D E V M constituta fuſſe, atq;
coagmentata, nullamq; naturam ſati inſtructam ad ſalutem eſſe poſſe, qua
citra D E I praeſidium ſuā ipſa demum tutelæ permittaſſe fit

Item Seneca in lib. 10. de consolatione fratribus: ubi definit D E U M, ra-
tionem in corpoream, causarum causam, cuſtodiētē & regentē omnia.
Nihili itaque ducimus; ne conchā vel ligulā dignam existimamus, imd̄
cane angueque pejorem Pelagianorum Sententiam ceu erroneous, &
ut impiani, fugimus, atq; rejicimus, dicentium poſſe ſeſne auxilio atq;
adjuvamento D E I O P T. M A X. movere manum, curvare digitum, ſede-
re, ſtare, ambulare. ut refert Hieron. lib. 1. contra Pelag. & August. l. 5.
de Genes. ad lit. c. 20. & l. de Grat. Christ. c. 4.

Verūm horum falsiloquium, & vaniloquium in supra allegatis
modò scripturæ dictis quām praeclarè refutatum fuit. D E O enim O-
M N I P O T E N T I tribuitur, quod omnia noſtra opera operetur: quod
plasmet hominem, pluat, producat ſcēnum, congreget nubes, fulguret,
foveat in eſſe & motu.

Ex his claro clarius appetet, D E U M omnia operari, ſufficienti qui-
dem virtute, verūm non immediate (poſſet quidem res omnes conſer-
vare immediate i. ſuāmet actione eas attingendo) ſed mediantibus
cauſis ſecundis. Neutiquam tamen hoc in D E O imperfectionem ali-
quam arguit: quandoquidem id non eſt aut fit ex indigentia, aut impo-
tentia quadam D E I, ſed ex libera voluntate, ut & prudentiſſima virtu-
tis divinæ applicatione. Concurre & nunc o P R I M E M O T O R ad a-
ctum noſtrum disputatorium: ut ea & dicamus, & cogite-
mus, qua ad nominis tui gloriam illuſtran-
dam & amplificandam per-
tinent.

B

AD

AD ORNAT. DN. RESP. JOHAN-
NEM GEROLDUM PHILOSOPHICE
DISPUTANTEM.

I.

E? Θεῖον τι νόοστον λέγεται αὐτῷ πρώτης εἶναι,
Εἶσαν οὖδε βίοις τὴν δεότητα σέβων:
ἢ γάρ χρὶς ἔριτὸν, χωρὶς μεγάλου θεοῦ
Γνῶσιος, ἀνθρωπὸν μᾶνα τὰ δυντὰ φρονεῖν.
Αλλ' ἔτι μᾶλλον ἐτομόλεγωστος ἀπο-πῶσ-δανατίζειν,
Θυγτὰ δὲ ὑπερβάλλειν, εἰς οὓς ἐγδέχεται.

Arist. lib. 10. c. 7.

M. Sebastianus König.

Tὸν πόλεμον κινῆστε τῷ Κινητῷ περὶ Πράτων,
Κινητὸς κινῆ πρωτεύειν σὲ πολὺ.

Idem.

II.

Omne tulit laudis punctum, qui nocte dieq;
Percoluit Sophia sedulitate libross;
Et qui Natura didicit per agrare recessus,
Virtutis meritò premia huncce manent.
Sic quoquete Gerrold mox premia digna sequentur
Qua meruit Studium, sedulus atquelabor
Magnum est, Motorem rectè cognoscere Primum,
Artèque perdoctas compojuisse Thesēs.
Ut doctè Cathedrū illas defendere possum.
(Dum rentas Vires,) det Deus auxilium:
Hoc sub Praesidio pugna, confundere rebelles
Verbi, non saevō Marte, sed arte Tuā
Pugnantem vinces, & Palma Victor abibis,
Frontēque Pieriā Clara Brabea feres.

Amicitiae ergo fecit

M. Georgius Krafft Argentinensis
S.S. Theol. studiosus.

III.

Sic est, docte GEROLD, labor improbus omnia vincit ::
Dat sine magno nil vita labore homini.
Hoc tu testaris, motum dum tradere tentas
Motoris Primi, qui regit astra, DEI
Ergo sic ultra sapientum scripta revolve,
Sic tua laus summi surgeat ad astra poli.

Aliud.

Primus cum quosvis concurrat motor ad actus,
Et tibi nunc praesens adficit amice precor.

Amicitia E. F.

Daniel Kober Buchsvillanus Phil. Stud.

IV.

Exploras physica mysteria mente Gerolde,
Quod labor assiduus nobis studiumq; revelant..
Ergo tuum ceptum fortunent numina sancta,
Sic perge, ingenij vivet post funera Virtus..

F. τῆς φιλίας ἔγενε.

Johannes Aërius Windecâ.-Wetteravius.

F I N I S.

etiam in montibus et in agros et in locis
et in vallis et in rupibus et in arboribus
et in cunctis locis quae sunt in terris
et in aqua et in terra et in aqua et in locis
et in aliis quae sunt in terris et in aqua

L. A.

et in aliis quae sunt in terris et in aqua et in locis
et in aliis quae sunt in terris et in aqua et in locis

et in aliis quae sunt in terris et in aqua et in locis

Luz. Kgl. Staatsbibliothek



2111